



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Modus eluendi maculam distractionis cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

*Modus eluendi maculam distractionis cordis.*

PRIMUS modus est: Meditationibus sacris intendere: quia cor nostrum simile est igni, qui semper ardet, nec vnquam quiescit; ita & cor nostrum semper in aliquo vult distincti. Ac proinde vt ab alijs rebus abstrahatur, necessarium est, illud sanctis meditationibus & pijs cogitationibus occupare: Quod vt fiat, optimum remedium fuerit, singulis vigintiquatuor horis, vnum Dominicæ passionis mysterium sibi accuratè meditandum assumere, vt nos in sanctæ orationis hortulo, qui secunda huius libri pars est, docerimus.

*Necessarium est in meditationibus occupari.*

SECUNDUS est. Silentium & solitudinem diligere, conuersationes hominum, quantum fieri potest, deuotare. *In silentio & spe erit fortitudo vestra,* ait Esaias.

*Utilitas silentij.*  
*Esa. 30.*

TERTIUS est. Considerare, quantorum bonorum interea dum distractus es iacturam facias: quia

*Eccles. 4.*

tempus illud quo animus, hinc inde vagatur, perdis, cum nihil tempore pretiosius sit; unde Sapiens: *Fili conserva tempus.* Quare ne temporis admodum pretiosi detrimentum accipias, esto semper in praeclaris & pijs actionibus occupatus, & dum operibus externis intendis, mysterium aliquod sanctissimae passionis Christi, aut aliud aliquid pium menti tuae meditandum propone, si ab hac macula liberari cupis.

*Quomodo  
acquiratur  
puritas cor-  
dis.*

Demum pro acquirenda hac cordis puritate, opus est ut eam feruentibus à Deo precibus exposcas, quandoquidem est admodum difficilis, ut sine speciali Dei munere & adiutorio conquiri nequeat. Et Christus dicat, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

*Matth. 5.*

De cordis tristitia,

Macula XIII.

CAPVT XIII.

*Prover. 17.**Tristitia**nocumenta.*

**A**NIMVS gaudens, etatem floridam facit, spiritus autem tristis exsiccat ossa. Eadem diligentia, quam in praedictis